Incipit argumẽ in epl̃am ad thessalonicenses pmã.

Thessalonicenses fuĩ macedones: qui accepto verbo veritatis pstitetũt in fide: etiã in psecutione ciuium suoz. Preterea nec receperũt falsos apostolos: nec ea q̃ a falsis aplis dicebãtur. Hos collaudat aplus scribẽs eis ab athenis: per ychiũ dyaconũ: et onesimũ acolitũ. Explicit argumẽtũ. Incipit epla pma ad thessalonicenses. j.

Paulus et siluanus et thimotheus: ecclesie thessalonicensiũ in deo patre nostro et dño ihesu xristo: gratia vobis et pax. Gratias agim9 deo semp pro omnibus vobis memoriã vestri facientes in oratiõibz nr̃is sine intermissione: memores operis fidei vr̃e et laboris: et caritatis et sustinẽtie spei dñi nr̃i ihesu xristi: ante deũ et pr̃em nr̃m. Scientes fratres dilecti a deo electionẽ vr̃am: qa euãgeliũ nr̃m nõ fuit ad vos in sermone tãtum sed et in virtute et in spiritu sancto et in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerim9 i vobis pter vos. Et vos imitatores nr̃i facti estis et domini: excipientes verbũ in tribulatione multa cũ gaudio spiritus sancti: ita ut fiãt vobis forma omnibz credentibz in macedonia et in achaia. A vobis enĩ diffamat9 est sermo dñi nõ solũ in macedonia et in achaia: sed et in oĩ loco fides vr̃a q̃ ad deũ pfecta est: ita ut nõ sit nobis necesse quicq̃ loqui. Ipsi enĩ de nobis annũciãt qualẽ introitũ habuerim9 ad vos: et quomõ conversi estis ad deũ a simulacris seruire deo vivo et vero: et exspectare filium eius de celis quem suscitauit ex mortuis ihesum: quia eripuit nos ab ira ventura. ¶

Nam ipsi scitis fratres introitũ nostrũ ad vos: quia nõ inanis fuit: sed ante passi multa: et cõtumelijs affecti sicut scitis in philippis: fiduciã habuim9 in deo nr̃o loqui ad vos euangeliũ dei in multa sollicitudine. Exhortatio enĩ nr̃a nõ de errore neq; de immũditia neq; in dolo: sed sicut probati sum9 a deo ut crederet nobis euãgeliũ ita loquimur: nõ quasi hominibus placentes: sed deo qui probat corda nr̃a. Neq; enĩ aliquãdo fuim9 in sermone adulationis sicut scitis: neq; in occasione auaritie deus testis est: nec quetentes ab hominibz gloriã neq; a vobis neq; ab alijs cũ possem9 vobis oneri esse ut xristi apli. Sed facti sumus paruli in medio vr̃m tãq̃ si nutrix foueat filios suos: ita desiderãtes vos cupide volebam9 tradere vobis nõ solũ euangeliũ dei sed etiã animas nr̃as: quoniã carissimi nobis facti estis. Memores enim facti estis fratres laboris nostri et fatigationis: nocte et die operãtes ne quẽ vestrũ grauaremus: predicauim9 in vobis euãgeliũ dei. Vos testes estis et deus: q̃m sancte et iuste et sine querela vobis qui credidistis fuim9 sicut scitis: qualiter unũquẽq; vestrũ sicut pater filios suos deprecãtes vos et cõsolãtes: testificati sumus ut ambularetis digne deo qui vocauit vos in suũ regnũ et gloriam. Ideo et nos gratias agim9 deo sine intermissione: quoniã cũ accepisse tis a nobis verbũ audit9 dei accepistis illud nõ ut verbũ hominũ sed sicut est vere verbũ dei: qui operat in vobis q̃ credidistis. Vos enĩ imitatores facti estis fratres ecclesiarũ dei que sunt in